

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti

Gellius, Aulus

Venetiis, 1515

Capita Tertidecimi Libri.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

CAPITA TERTIIDECI-
MI LIBRI.

*Inquisitio uerborum istorum M. Tullij cu-
riosior, quæ fuit in primo Antonianarum
libro, multa autem ipendere uidentur præ-
ter naturam etiam, præterq; fatum, tractatumq; an
idem duo ista significent, fatum, atq; naturam, an di-
uersum.*

Cap. I

*Super poetarum Pacuuij, & Accij colloquio familia-
ri in oppido Tarentino.*

Caput II

*An uocabula hæc necessitudo, & necessitas differenti si-
gnificatione sint.*

Caput III

*Olympiadis Alexandri matris comis, ac prudens ad
filium rescriptio.*

Caput IIII

*De Aristotele, & Theophrasto, & Menedemo philoso-
phis, deq; eleganti uerecundia Aristotelis successo-
rem Diatribæ suæ eligentis.*

Caput V

*Quid ueteres latini dixerunt, quas græci προσωδίας
appellant: & item quod uocabulum barbarismi nõ
usurpauerint neq; Romani antiquiores, neq; Attici.*

Caput VI

*Diversum de natura leonum dixisse Homerum in car-
minibus, & Herodotum in historijs.*

Cap. VII

*Quod Afranius poeta prudenter, & lepide sapien-
tiam filiam esse usus, & memoriæ dixit.*

Caput VIII

Quid Tullius Tiro in commentarijs scripserit de sucu-

lis, & hyadibus, quæ sunt stellarum uocabula.

Caput

IX

Quod sororis ἑτυμον dixerit Labeo Antistius, & quod fratris Nigidius.

Caput X

Quem M. V. arro iustum, aptumq; esse numerum conuiuarum existimauit, ac de mensis secundis, & de belarijs.

Caput XI

Tribunos plebis prehensionem habere, uocationem non habere.

Caput XII

Quod in libris humanarum M. V. arronis scriptum est ædiles, & quæstores Po. Ro. in ius a priuato ad prætorem uocari posse.

Caput XIII

Verba ex libro Messalæ auguris, quibus docet qui sint minores magistratus. Et consulem prætoremq; collegas esse, & quædam alia de auspicijs. Ca. XIII

Humanitatem non id significare, quod uulgus putat, sed eo uocabulo qui synceriter locuti sunt, magis proprie esse usos.

Caput XV

Quid apud M. Catonem significant uerba hæc, interos, & offam.

Caput XVI

Platonem tribuere Euripidi Sophoclis uersum. Et inueniri uersus uerbis iisdem, aut paucis syllabis immutatis apud diuersos poetas temporibus uarijs natos.

Caput

XVII

De genere, atq; nominibus familiæ portiæ.

Caput

XVIII

Quod a scripteribus elegantissimis maiorratio habitata sit sonitus uocum, atq; uerborum iucundioris, quæ a græcis ἀφωρία dicitur, quæ regulæ et disciplinæ, quæ

quæ

que a grammaticis reperta est. Caput XIX

IX
et
X
mi-
e bel
XI
non
XII
est
pre
III
sint
lle-
III
et,
pro
XV
ter
VI
ue
ata
II
II
bi-
ue
e,
terba T. Castritij rhetoris ad discipulos adolescentes
de uestitu, atq; calciatu non decoro. Caput XX

comprecationes quæ ritu Romano fiunt dÿs, expositæ
sunt in libris sacerdotum, inter quas Marti Nerienem
tribuunt, & quid Neriene, seu Nerio nomen impor-
tet. Caput XXI

U. Catonis consularis, & Censorij pulcherrima expro-
bratio contra philosophantes nomine, & non re.

Caput XXII
Questum, tractatumq; quid sint manubiæ, atq; ini-
bi dicta quædam de ratione utendi uerbis pluribus
idem significantibus. Caput XXIII

terba P. Nigidij, quibus dicit in nomine Valeri in ca-
su uocandi primam syllabam acuendam esse. & i-
tem alia ex eiusdem uerbis ad rectam scripturam per-
tinentia. Caput XXIIII

uersibus, quos Virgilius sectatus uidetur Homeri, ac
Parthenij. Caput XXV

De sententia Panætij philosophi, quam scripsit in li-
bro de officijs secundo. qua hortatur, ut homines ad
cauendas iniurias in omni loco intenti, paratiq; sint.

Caput XXVI
Quod Quadrigarius cum multis mortalibus dixit.

An quid, & quantum differret si dixisset cum mul-
tis hominibus. Caput XXVII

Non hactenus esse faciem, qua uulgo dicitur.

Caput XXVIII
Quid sit in satyra M. Varronis caninum prandium.

Q.

CAPITA QUARTIDE-
CIMI LIBRI.

- d** *Issertatio Phauorini philosophi aduersus eos, qui Chaldæi appellantur, et ex coetu, motibusq; syderum, & stellarum fata se hominum dicturos pollicentur.* Caput I
- Quemadmodum disseruit Phauorinus consultus à me super officio iudicis.* Caput II
- An æmuli infensiq; inter sese fuerint Xenophon, et Plato.* Caput III
- Quod apte Chrysippus, & graphice imaginem Iustitiæ modulis, coloribusq; uerborum depinxit.* Caput IIII
- Lis, atq; contentio grammaticorum Romæ illustriū enarrata super casu uocatiuo uocabuli, quod est egregius.* Caput V
- Cuiusmodi sint quæ speciem doctrinarum habeant, sed neq; delectent, neq; utilia sint, atq; inibi de uocabulis singularum urbium, regionumq; immutatis.* Caput VI
- Quod M. Varro Cn. Pompeio consuli primum designato commentarium dedit, quem appellauit ipse isagogicum de officio senatus habendi.* Cap. VII
- Quæsitum esse, dissensumq;, an præfectus latinarum causa creatus, ius senatus conuocandi, consulendiq; habeat.* Caput VIII